

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

GASPARINI PERGAMENSIS CLARISSIMI
oratoris epistolarum liber feliciter incipit

Graudeo plurimum ac letor in ea te sententia esse ut nihil a me fieri sine causa putes. Ego enim etsi multorum uerebar suspensiones quod a me sempronium antiquum familiarem meum reiciebam tamen cum ad incredibilem animi tui sapientiam iudicium meum referebam: nihil erat quare id a te improbari putarem. Nam cum et meos nosset mores: et illius naturam non ignorares: non dubitabam quid de hoc facto meo iudicaturus esses. Non igitur has ad te scribo litteras quo nouam tibi de rebus a me gestis opinionem faciam: sed ut si quando aliter homines nostros de me scire intelliges tu quod probe causam meam nosti: defensionem meam suscipias. Nec si feceris nihil est quo ulterius officium tuum requiram. Vale.

Et si antea litteris & sermone multorum non satis probari factum tuum intellexissem quod ueterem amicum destituissem tamen cum haberem animum tuum multis iudiciis per spectum: nullo pacto induci poteram ut in re temere quicquam a te factum putarem. Sed quod difficile sit (presertim in hac urbe nostra) ex animis hominum euellere eam opinionem que semel infederit: cum sis prudens nihil opus est te admonere. Ego tibi omne studium meum polliceor et quantum in me erit perficiam. ne quisquam nostrorum ciuium ea re tibi succenseat. quod si ullaratione his poterit persuaderi nihil omittam. Si uero illos in sententia manere sensero: ego uicem tuam dolebo. Tum tuum erit: non tantum officium meum exequi quantum ex meo in te animo spectare. Vale.

Merito amo te quia non (ut nostri homines solent) res ipsas tantum ex aliorum ingenio: quantum ex tuo iudicas. quod nisi de te mihi certissime persuasissem: uehementer dubitarem ne rumor qui de me precebit paulo te leuiorem a me faceret. Nam cum plerique admirarentur quod tiberii claudii defensionem non susceperunt sunt qui ultro me accusant. Et periniquum dicunt quod ueteris amic